

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Henr. Ioh. Nepom. Crantz S.C.A. Maiestat. Consiliar.
Institut. Med. Et Mater. Medic. Vindob. Profes. Pub. Ord.
Acad. Imp. Nat. Curios. Et Societ. Botan. Flor. Sodal.
Materiæ Medicæ Et Chirurgicæ ...**

Crantz, Heinrich Johann Nepomuk

[Wien], 1765

Classis Septima Caustica.

urn:nbn:de:gbv:45:1-10196

CLASSIS SEPTIMA
C A U S T I C A.

Quae urunt, rodunt, consumunt partes corporis humani, quibus applicantur, CAUSTICA dicuntur. Hæc vero duplia sunt, actualia vel potentialia: priorum etiam in cadaver actio est, ignis enim omnia consumit: posteriorum solum in corpus vivens: funestum hinc omen, dum non urunt amplius vesicatoria.

Duae potentialium, de quibus hic unicus ferino, classes constituuntur.

I. Rubefacientium.

II. Cathereticorum, seu escharoticorum vel ruptiorum est. Quibus in morbis quæque indicentur, sub speciebus dicetur.

I. R U B E F A C I E N T I A.

Quae maiori ad partem corporis, cui applicata fuere, concitato per stimulum, quem habent, humorum affluxu, rubere partem faciunt, RUBEFACIENTIA, Epispastica; quæ pustulas, aut vesicas excitant, VESICANTIA, vel vesicatoria appellantur.



Indicantur. *I.* In avertenda in partem nobilem, vel irritabilem humorum fluxione: sic in oculorum, dentium, auricularum morbis, locis retro aures, vel nuchæ agglutinantur, **CHARMETTON**, licet in dolore dentium vehementiori arteriæ temporali nonnulli, alii maxillæ angulo imponant.

II. In evocando impacto ex parte quadam humore, ut in iisdem morbis, tum in doloribus rheumaticis, arthriticis, ischiadicis, &c. An convenienter in morbo venenato? bonus ab his effectus observatus in *Act. Nov. Acad. N. C.* quem haud placere video **CHARMETTON**. an recte?

III. In revocando humore repulso, ut in podagra retropulsa &c. ulceribus manantibus capitis exsiccatis, & inde maiori orto malo, epilepsia &c. L. B. van SWIESTEN. Sed tum parti, unde repulsus humor, applicanda sunt.

Contra indicantur vero in bubone venereo, tumore scrophuloso, **CHARMETTON**. Forma varia solida, cataplasmatica, emplastica.

EX VEGETABILIBUS.

Allium.

Arum.

Cyclaminus.

Clematis.

Esula.

Euphorbium.

Flammula.

Piper.

Pyrethrum.

Ra-



Ranunculi.

Raphanus Rusticanus.

Ruta.

Sinapi.

Staphysagriæ semen.

EX ANIMALIBUS.

Cantharides.

Stercus Columbarum.

EX COMPOS. OFFICINALIBUS.

Fermentum Panis.

Emplastrum Vesicatorium.

Si ablata a vesicante facta vesica, effuso humore, siccare consilium, primo mollia, pinguia digestiva, dein exsiccantia imponuntur; si partem attracto humore ulteriori perfundi opus, leniora rubefacientia, digestiva stimulantia admoventur; & hæc quidem omnia pro intentione medentis varia esse solent.



H. CA.



II. CATHAERETICA S E U ESCHAROTICA.

Hæc fibras corporis omnes, tam cutaneas, quam carnaeas, & alias destruunt.

Indicantur *I.* Si fungosa in ulcere haud sensibili caro, coalitum impedit.

II. Si carnis vegetatio, vel excrescentia, ultra æquabilem partis sensibilis naturaliter constitutæ superficiem emineat, ut in morbis palpebrarum, fici, verruca, ectropio, in morbis oculorum, encanti, pterygio completo; in morbis narium, oris, ani, partium genitalium utriusque sexus, CHARMETTON. Q. c.

III. In gangræna humida, applicatis incassum optimis & indicatiissimis spirituosis, IDEM.

IV. In tumore frigido ex congestione humorum orto, scirrhofo quounque, etiam glandulari indolente, tum bubone venereo, pestilentiali, scrophulofo, tumore critico maligno, IDEM. Alias indicationes vide in T. III. de argento, ubi de lapide infernali sermo.

Contra indicantur *I.* In morbis complicatis, ut in ulceribus malignis, maxime cancro. CHARMETTON.

II. In venereis, pestilentialibus, scrophulosis, iuncturas, tendinosas ligamentosasque partes, vel etiam glan-



glandulosas inflammatas, duras, inæquales, vicinis adhærentes, o cupantibus. IDEM.

III. In ulceribus carie exceptis, in his etiam cariem auferre intento. IDEM.

IV. In magnis Polypis.

L E N I O R A.

Euphorbium	Ex Veget.
Iris florentina	
Sabina.	
Cineres clavellati.	
Alumen ustuum.	Ex fossil.
Borax	
Calx viva.	
Calx veneris.	
Ærugo.	
Ochra.	
Vitriolum album.	Ex animalium.
Cyprinum,	

COMPOSITA OFFICINALIA.

- Aqua Phagadænica.
- Balsamum Martiatum.
- Oleum Tartari p. d.
- Unguentum Ægyptiacum.

F O R T I O R A.

Arsenicum album.

A multis chirurgis adhibitum verum venenum est, quod hoc scopo applicatum totius corporis tremorem induxit MONRO. L. c. quare raro & caute adhibendum.

Au-

Auripigmentum.

Realgar.

Mercurius præcipitatus Albus.

Ruber.

Sublimatus corrosivus.

Et hæc sæpe salivationem induxere MONRO L. c.

Spiritus acidi concentrati.

Nitri.

Salis.

Vitrioli.

Hi vel puri, vel gleba metallica divites applicantur,
sed substantia metallica imprægnati ossium cariei adhi-
biti, violentos dolores, sæpe convulsiones causavere.
MONRO. l. c.

Butyrum Antimonii.

Lapis causticus.

Infernalis.

Et horum quidem omnium, & pro conditione par-
tis, cui applicanda, & pro aliarum circumstantiarum
ratione, forma, lenitas, activitas, variare multum so-
lent. Tutissime vero omnium applicari potest lapis
infernalis: Reliqua enim ulceri adhibita in totam eius
superficie agunt æqualiter, lapis autem infernalis sin-
gulis punctis potest applicari, L. B. VAN SWIETEN.



CLAS-

CLASSIS ULTIMA
D E P L E N T I A
C H I R U R G I C A.

Etiam alia sunt ad deplendum seu evacuandum constituta chirurgica, alia medica auxilia; priora hic recensenda, maxime hirudinum suctione, phlebotome, scarificatione, fonticulis, fetaceis, vesicantibus, quibus tam abdominis quam thoracis paracenthesim, cranii perforationem addere posses, complentur; posteriora iam Tomo II. huius operis dicta sunt.

HIRUDO *Offic.* Syst. Naturæ. Classis Naturalis
Vermium, ordo intestinorum. *Germ.* Blut-
Igel. *Gallis* Sangsue. *Anglis* Leech.

HIRUDO *Medicinalis* RAY, hirudo depressa fusca,
lineis flavis dorsalibus sex, intermediis immaculatis,
subtus cinerea nigro maculata, *Cl. LINNÆO* definitur,
ut facile a *Sanguisuga*, quæ marginem lateralem
flavum gerit, distinguatur. Utriusque iconem nobis
servavere Acta STOCKH. 1757. N. 4. F. 1. 2. 3. 4.

Medicinalis hirudo princeps hæmorrhoidalium sector
venarum vermis, plus una vice sese sanguine ingurgi-
tare valet, & haec quidem, quæ cæteris omnibus vita-
perio animantibus intemperantia est, huic laudem con-
ciliat, ut deinde etiam vitia aliquam gloriam conse-
quantur! & ob ingluviem sanguisugæ modestiori & una
solum

